10

I. N. J.

Qvæſtio Sympoſiaca,

UTRUM SINE LÆSIONE CONSCIENTIÆ, PRO SALUTE, SEU IN SANITATEM ALIORUM, BIBERE LICEAT?

Piè ſentientium ſcrutinio publ. expo-
poſita, cum licentiâ Roſt. Collegii
Theologici.

A

D. JOHANNE QVISTORPIO,
FAC. THEOL. SENIOR.
Prof. P. & Paſt. Dominicæ.

Jam ob Materiæ jucunditatem denuo recuſa.

WITTEBERGÆ,
TYPIS JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typograph.

58700 (10)

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

THEOLOGIÆ, JURIS PRUDENTIÆ, MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ

STUDIOSIS,

ſacrisq; Nobis concreditis

Depoſitis.

Sal. in CHRISTO.

Vos in tricliniis diſcumbentes, diſcite es his pagellis, ab adoleſcentiâ cavere latens in rubricatis ποτηρίοις *venenum ne fallacibus votis ineſcati, inſanire demum occipiatis, ubi prima ſubſellia inter mortales tenebitis. attendite ad vocem DOMINI, Amos c. 2.* Suſcitavi de filiis veſtris Prophetas, & de Juvenibus veſtris Neziræos. Annon ita ſe habet res? Vos autem feciſtis Neziræos bibere Vinum. *i. e.*

Debuiſſetis

Debuiſſetis à Neziræis diſcere abſtinentiam & ſobrietatem, ſed illos veſtro exemplo ac ſvaſionibus, oblato Vino, ad ebrietatem eheu invitaſtis! Qvibus Vos valere, & in tempore ſapere, jubeo. Roſtochii, Dom. Qvâ in flammâ infernali, ſerò nimis aqvæ guttam ſitit Merobibus Epulo. An. 1666.

V. Prof.

JOH. QVISTORPIUS, D.

Vsqve

VSqve adeò ventrem poculis onerare conſveti, continuò nectare madent populares noſtri *Germani*, ut Hiſpanus qviſpiam, iſtud vulgare nobis objecerit: *Germani multos poſſunt tolerare labores; O Utinam poſſent tam bene ferre ſitim.* Cui ab aliqvo noſtratium Conterraneorum, legis divinæ neſcio, reſponſum: *Ut nos dura ſitis, ſic vos Venus improba vexat, Lex Veneri data eſt Julia, nulla mero.* Ita utraqve Natio aliam rigidius traducit, & Chriſtiania eo eheu! neqvitiæ progreſſi ſunt, ut non ſolum non clam habeant malefacta ſua, ſed ſine rubore, ſua adhuc jactitent flagiti, Sodomitis haud multum diſſimiles, Eſaiæ. c. 3. v. 9. Qva vidam ſuam neqviſſimam, laudi ſibi ducebant. Ad qvæ verba Prophetæ, Regii Viri, notanter monet noſter D. Cramerus; Das iſt der höchſte Grad der Boßheit / ſich der Sünden rühmen / und auß den Schandflecken wollen Ehre erjagen. Es ſeyn zu unſern Zeiten der Epicurer viel / die bey dem Truncken ſich rühmen / wie viel ſie auff der Seelen haben / und wie ſtrack ſie ſauffer kennen. In Summa / Schande muß bey ihnen Ehre / und Tugend Sünde ſeyn. Contra hoc regnans per Germaniam vitium, Magnus D. Lutherus T. VI. Jen. p. 163. emphaticè intonat: Es muß ein jegliches Land ſeinen eigenen Teuffel haben / Welſchland ſeinen / Franckreich ſeinen. Unſer Teutſcher Teuffel wird ein guter Weinſchlauch ſeyn / und muß Sauff heiſſen / daß er ſo durſtig und hellig iſt; und wird ſolcher ewiger Durſt

Teutſchlands Plage ſeyn und bleiben/hab ich Sorge/biß an den Jüngſtentag/ Uti & communiter *Anglus* eſt factioſus. *Scotus* traſonicè agit & projicit ampullas & ſesqvipedalia verba. *Itali* prædicatores ſunt. *Galli* Stulti. *Romani* ignavi. *Vaſcones* fures. *Hiſpani* ſuperbi. *Germani* ebrii. Juxta molt. ad Relig. Medici. p. 364. Adeò paucorum crimen in omnes diffunditur! A. Gvevarrâ relatum legimur, Aſiaticum Virum, Europam ubi perluſtraſſet, dixiſſe: Eſſe Populum qvidem laudabilem, ſed hoc habere vitii, qvod annuatim ſtulteſcat, & inſaniat ſuis in Bachanalibus. *Sunt enim conviviorum luxuriæ, & veſtium, ægræ Civitatis indicia*, ſcribit Seneca Ep. 114. Sicce redierunt tempora Noæ, ubi ſedebant Populi manducare & bibere, & ſurgebant ad ludeudū!

§. II. Aſtut Ebrietatis vitium ejusqve ſyrma, utramqve hic paginam faciat, non eſt noſtri inſtituti: ſaltem ejus famoſiſſimam ſpeciem, LARGIUS BIBENDO IN SANITATEM ALIORUM, Deo duce, ventilabimus ſtudioſius, & qvot peccatis hæc Sympoſia, hæ Cœnæ ſecundæ, & hæ rubricatæ Compotationes ſcateant, qvæ de die, per noctem in diem, in tot ſalutes, ut tandem ſalutis nihil reſtet, continuari ſolent. Qvam propinandi artem, mundus in maligno poſitus invenit ut hac occaſione, poſtqvam bibendo ſitis, extincta, invitati adhuc inebrientur, & ad flagitia turpiſſima perpetranda inflammentur: Ut hoſpites jocalariter agant, ut ſecreta ſua manifeſtent, ut excrapulâ obdormiant, vel vomiant ex hauſta, ut domum trahi opus habeant, ut ſeqventi die capitis gravedinem accuſent, ac demum cum Epulone ad Infernum deſcendant! D. Danh part. 2. der Catech. Milch / Conc. 47. Ihr Säuffer/ ladet die Leute ein als Freunde und laſſet Sie als Feinde wieder von Euch: beſſer thätet Ihr/wann Ihr den Wein auff der Erden außſchüttet. Infernalis hic potus, ut ſuccedat Combibonibus, aſtantes magno boatu acclamant his Bibulis, iſtud ſtupen-

 dum

dum *Runda Runca*, & Magnates *ſoteria* bibendo, tormenta explodi curant, & Taratantaræ ſonum ebuccinare jubent. O utinam Crapula prior eſſet Ebrietate, & nemo Vinum usqve adeò immoderatè biberet!

§. III. Aliqvis Ziphælius D. Herbipolenſis, Anno 1653. variis argumentis arietat in hanc Convivorum Chriſtianorum Saburram; Et ſtatim ab initio *contra rectam Rationem* errare aſſeverat, hos bibulos mendaciloqvos, in ſanitatem alterius bibendo; Vel qvi judicant, ſe bibendo, ſanitati abſentis aliqvid prodeſſe poſſe. Sed uti qvis veſtiendo corpus, ſuo non alterius pudori ſeu ſanitati conſulit, ita ſanè potando, nec ſiti ſitientis, nec ſanitati ægrotantis prodeſſe poterit, qvin potius bibendo nimium, ſanitatis propriæ diſpendium facit, juxta Eccleſ. 37, 33. *in multis eſcis infirmitas*, & ſuæ naturæ vim infert, quæ ſibimet non ſolet eſſe inimica: e.g. Si juxta te haberes medicinale Edulium, numqvid melius tuum erga ægrotum affectum declarares, iſtud ad exhauriendum illi porrigendo, qvam ſi ipſus abligurires? Nec alterius ſanitatis luſor & hoſtis cenſeberis. Wie mancher könte durch den jenigen Wein/ bey dem Leben und Geſundheit erhalten werden / durch welchen andere ſich zu todt ſauffen müſſen. Eadem autem propè in Miſſis Papalium luditur fabula, qvoties cunqve Sacerdos poculum Benedictum exhaurit ſolus, pro aſtantibus ſitientibus, & Mortuis, talemq; hauſtum, etiam non Communicantibus prodeſſe fingit. Sed ut nunc ſunt tempora, committitur fallacia non cauſæ ut cauſæ.

§. IV. Vanus eſt prætextus, hanc propinandi *Conſvetudinem* jam olim in uſu fuiſſe, inveteratum morbum, qvi cum tempore habitum contraxerit, ideoq; incorrigibilem. *Væ!* autem *huic dicit* Eſ. c. 5, 20. *qvi malum bonum pronunciat, & peccata excuſat*. Ac juxta Diſt. XI. Can. IV. Conſvetudinis uſusq; longævi non vilis authoritas

ſte,

eſt. Verùm non usqve adeò valitura memento, ut aut rationem vincat, aut legem ſcriptam. Unde Auguſtinus ait in lib. ex dictis Baſilii, inviolabilis eſt Conſvtudo, qvæ nec humanis legibus, nec ſacris Canonibus obviare moſtratur. Conſvetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt. Etiam neqvicqvam ad tempora Priſca provocant; ubi Plutarcho teſte, invitatio ad Sympoſia talis inſtituebatur, qvæ Hoſpiti *Qvid, Qvandò* & *Qvantum* lubeat, poteſtatem edendi ac bibendi relinqvebat. In Regno Perſarum, nihil ultra neceſſitatem cuiqvam porrigebatur, qvamdiu ad exemplum legum aulicarum convivia ſua componebant ſubditi. Ibi enim Eſther. c. 1. v. 8. *Potatio erat ſecundùm legem: Non erat qvi cogeret: Qvia ſic præceperat Rex omni Magiſtro domus ſuæ, nempe ut facerent ſecundum voluntatem cujusqve.* O utinam hæc conſvetudo veterum bibendi rediret, nec tot peccatis & maledictionibus, ex ebrietate & Compotatione nimiâ circulari ac ambulatoriâ pro Sanitate aliorum profectis, onerarentur Chriſtianorum Menſæ.

§. V. Sin autem hoc tantùm agitur, ut ad declarandum ſuum in Proximum favorem, voveat ejus ſanitatem, is multò rectius hoc *votum* ſolvet jejunando, qvàm procaciter ad Ebrietatem usqve abliguriendo Scyphos capaciores. Noſter DN. J. C. vota ac Orationes cum jejuniis perpetuò conjunctas eſſe vult. Ambroſius de Elia c. 17. iis qvi in Principum ſanitatem vovendo bibunt, his contradicit verbis. *O ſtultitiam hominum, qvi ebrietatem Sacrificium putant, qvi æſtimant illum ebrietate placari, qvi jejunium præcipit.* Princeps ubi ægrotâro, me haud curabit, licet pro ipſius ſanitate ad in ſaniam usqve biberim. Sed dicant mihi, qvarè ab ejusmodi hauſtibus Votivis honeſtæ Matronæ cum pueris excludantur, qvi æqvè aptinati ſunt, ad honorandum alius, & pro ſanitate

alterius

alterius vota concipiendi?

§. VI. Hæ bibulæ Ollæ contendunt porrò, Σαϖ'εjα iſta inſtituta eſſe in *Honorem* proximi, undè & hæc pocula communiter ſtando, baſia infigendo in genua procumbendo, inter Convivas obambulare ſolent. Ideò qvoqve in ſuam ipſius ſanitatem vix qvisqvam ſanæ mentis bibere audet, ne ſtultè ſe ipſum honorare putetur. Qvi verò DEUM timent, hunc vanum honoris prætexrum, inter ludibria potius referent, qvibus Viri Honorati minimè affici debent, nec poſſunt. Sed non attendunt Bibaces, an dignus ſit is, in cujus honorem bibunt, ut vota pro ipſius honore fiant. Fortè is ipſus vivit in regnantibus peccatis, & propterea exprobratione magis qvàm congratulatione indiget. Attendere omninò debebant ad iſtud Pauli. 1. Cor. 5. v. 11. *Scripſi vobis, ſi is qvi frater nominatur, ſit ſcortator, aut avarus, aut Idololatra, aut convitiator, aut ebrioſus, aut rapax, cum ejusmodi ne edatis qvidem.* Habeant Davidem auctorem pſal. 139. v. 21, 22. *Nonne Jehova odio habentes te, odi, & inſurgentium in te, tædet me? Profectò odi illos, & pro inimicis fuerunt mihi.* Qvisqvis ergò tales Anathematizatos, ſingulari charitatis affectu proſeqvitur, inq; eorum laudem potum voto obſignat, conſcientiam lædit ſuam, & participat de alieno peccato. Simulatio hìc nullum habet locum, qvæ pugnat cum lege DEI: imò ab omni ſpecie mali ut abſtineamus, oportet. Qvicqvid autem hujus ſit, pergunt indiscretè Filii hujus Seculi, poculis honorare etiam neqviſſimos, & bibere in varias Amaſiarum ſanitates, & tot exhaurire ſolent calices, qvot literas nomen Amaſiæ habent, inq; honorem *de toute la compagnie*, lenonum, nebulonum & latronum; idq; poculum cum tot diris, perjuriis, blaſphemiis obſignatur, ut extimeſcendus ſit hiatus שאול qvi hos mortalium neqviſſimos degluriat.

§. VII. Calva eſt excuſatio, qvoq́; gurguliones hi provocent ad *Exempla* Optimatum, de Eccleſia & Repnbl. bene merentium, qvi aliqvoties deprehenſi ſint bibentes pro Salute aliorum. Siccine à particulati, argumentum alicujus commatis eſſe ſolet? cùm multos bonos qvoqve & DEUM timentes ſciamus, qvi hunc bibendi vanum ritum deteſtentur, nec in tale Conſortium ſe pertrahi ſinant. J. Chryſoſtomum Epiſcopum Antiochenum, propter hunc & ſimilem conviviorum abuſum, ab omni abſtinuiſſe ſympoſio, & ne ſe faceret nimis ſodalem, innuit Socrates Hiſt. Eccl. lib. 6. c. 4to. Sed eſto, qvod Viri boni qvandoqve in hanc foveam, Vino & Cereviſia madidam inciderint & ſtulteſcant? ſolent enim excellentiſſima ingenia, aliqvid admixtum habere dementiæ. Qvod nobis ex uſu eſſe poteſt, ibi exemplum ab iis duntaxat capiamus. *Væ! qvi potentes eſtis ad bibendum vinum Eſ. c. 5. & Viri fortes, ad miſcendam ebrietatem.* Dolendum ſanè qvod hodiè nihil ſit adeò abſurdum, qvod ſuum non nanciſcatur Patronum. Potentes potenter tormenta patientur: Nec eos excuſabit vox beſtialis:

Ulula cnm lupis, cùm qvibus eſſe cupis.

§. VIII. Beati potius cenſendi, qvi anteqvam participent de Peccatis alienis, hîc *ſingulares* à combibonibus ſe ſalutari ſinant, & cum Noacho ac Lotho ſoli poſt tergum mundum relinqvant. Qvia ſtolidi Solem totâ alicujus currû vix minorem eſſe ſentiunt, an ideò qvoqve Vir doctus, ne ſaltem Singularis cenſeatur, cum globo terræ majorem eſſe haud ſibi perſvadere debet? Unus Micha citius carcerem intrare, & Johannes caput ſuum perdere voluit, qvàm ſe mundo in maifeſtâ iniqvitate conformare. Ne qvid dicamus de Rechabitis, Jer. c. 35.

§. IX. Eqvidem uti ſtulti ſolent otioſa & inutilia media, ad *finem bonum* aſſeqvendum, adhibere? Ita

fruſtrà

fruſtrá meratius bibendo, ſanitatem abſentis procurari, aſſertum eunt Bibuli hi, haud attendentes, qvod per illam ἀσωτίαν, reatum Divinæ vindictæ inducant incolis terræ. Nomine Domini abutuntur; Et Creaturarum, illorum iniqvitati inſervientium, ſuſpiriis onerantur, Rom. 8, 19 Euge, ſi bibendo ſanitati alterius conſulere poteſtis, uti propinantium Vota præ ſe ferunt, qvare non amico, vel Principe ægrotante, & vix Spiritum amplius trahente, ubi qvam maximè ſanitate opus habet, accumbitis Subditi omnes per provinciam integram, & in ejus ſanitatem mox largius Magni & Imi, Viri & Mulieres bibitis, & dolia relevatis omnia? Scitote omnem otioſum actum, & verbum otioſum, inter Peccata cenſeri Matt. 12. 36. à Judice vivorum & mortuorum. Non ſunt facienda mala, ut hinc eveniant bona. peccatis Onaſticis, ſcortationibus & adulteris, corpus à ſuperfluis humoribus evacuatur; ſed ubi eſt ſcriptum, morbos, his nefandis remediis, cor lethaliter ſauciantibus, curari debere? Qvia ebrietate vomitus provacari poteſt, ergone inebriandum crebrius? Alia pharmaca Spiritus Sactus nos docet. Qvin potius oramus qvando ſe malè habet amicus, & ſobria adhibemus pharmaca, ut ſit mens ſana in corpore ſano. Fides, Jejunia & Eleemoſynæ, ſunt ſacrificia DEO grata, principi & nobis ſalutaria, juxta 1. Tim. c. 2. 1. Præſtat millies mori, qvam ſanctiſſimum Numen ex προαιρέσεως vel in mi nimis offendere. Qvo ſpectant iſta Auguſtini (ſi ſaltem ejusdem,) ſerm. de Temp. 232. *Etiamſi ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, aut bibas aut moriaris, melius erat, ut caro tua ſobria occideretur, qvam per ebrietatem anima moreretur*

§. X. Qvod hæc bibendi ratio conjuncta ſit (1) cum *abuſu & profanatione nominis DEI*, experientia dictitat Vel enim eſt gratulatio de recuperatâ ſanitate: Sol man aber GOtt hierfür mit einem groſſen Rühſoff / und unmäſſigen

..äſſig Tranck dancken? monet D. Mengering ad Dom. 2. Adv. Vel eſt votum conſeqvendæ ſalutis: Soll man GOtt ümb die Geſunheit alſo anſprechen? Odu toll und thörichtes Volck! Vel (2) *cum incitamento ad omnia mala.* Qvalis enim ordo membrorum, talis & vitiorum: *Nunqvam ego ebrium caſtum putabo: Venter mero æſtuans, citò deſpumat in libidinem*, Hieron, Ep. 83. ad Oceanum, inq; epiſt. 1. ad Tit. Et (3) cum *Regnorum, Rerumpublicarum & Oeconomias interitu*, Sacræ abundè probant paginæ 1. *Reg.* 16. v. 9. & 10 Dan. c. 5. v. 30. & Proverb. c. 23. v. 28.

§. XI. Si verum fateri velimus, mos hic bibendi in Sanitatem aliorum, inventus eſt ad *Jocum* excitandum, in Covivarum delectationem & hilaritatem, ut Hoſpites ex nimio potu madidi, omnes jlocalariter ſine verecundiâ agere incipiant, Sed turpe eſt per jocum, principes & Optimates honorare velle. Neqve cum peccato tuto jocandum. Vos qvando contenditis, DEUM debere benedicere hunc hauſtum temulentum pro ſalute abſentis, à DEO efflagitatis miraculum, eum tentatis, & vultis ut contra Naturam & Juſtitiam ſuam peccata beneficiis penſet. Sin joco ſaltem res agitur, DEO illuditis, qvod eſt blaſphemum. *Nolite errare. DEUS non irridetur.* Is ſerio ſemper rem agit. Et Væ! Eſaianum Noctebriis, ac per Paulum, nullum ebrioſum fore vitææternæ æredem minatur.

§. XII. Fugite, qvotqvot DEUM timetis hanc Babylonem, cum certum ſit, per hunc inebriandi modum in ſanitatem aliorum, inter Chriſtianos *Ethniciſmum* reſtaurari; qvi teſtantibus plauto, Tibullo & Martiali, poculis ad invicem certabant, cum tali gloſſa: Benè Vos, benè Nos benè noſtrum Stephanium. *Sed benè Meſſalam ſua qvisqve ad pocula dicat, Nomen & abſentis, ſeptem Juſtina bibatur: Qvinqve lycas, Lyde qvatuor, Ida tribus.*

 Nos

Nos verò Chriſtiani, poſtqvam ſemel ſolenniter in lavacro Regenerationis valedicimus paganiſmo, ad vomitum ut redeamus, minimè oportet. (*Pagani* autem non ſunt, ut Sabellico placet, agreſtes ruſtici, ſed qvicunqve Romani, non milites. In jure Civili, pagani militibus opponuntur. Hinc in conſtitutionibus Imperii Chriſtianorum & patribus, alieni à fide Chriſtiana, pagani dicuntur, qvod ſcemilitiæ Chriſti nondum nomen dederint.) *Nox præteriit, dies appropingvavit. Abjiciamus igitur opera tenebrarum, & induamus arma lucis. Ut interdiu compoſitè ambulemus, non in Comeſſationibus & Ebrietatibus Rom. 13. v. 12.* Sinverum fateri velimus, homo ultra ſanitatem bibendo, irrationabili *Bruto* fit multò deterior, qvod comedendo ſeu bibendo neceſſitatis terminos novit, nec ultra qvam eſt opus progreditur, licet ſint Infiniti, qvi cogant ad immodeſtiam procedere.

§. XIII. Pietatis ſectatores, jam olim propinando vota reciprocabant, & benedictione impertita potum bibentibus ſalutarem eſſe jubebant, uti adhuc menſam priusqvam accumbimus, *Conſecrare* ſolemus, & Pincernæ calicem benedictum, Regibus ſuis porrigunt. Et hæ preces, referuntur in ſanitatem præſentium Commenſalium, minimè in uſum abſentium & ſitientium, in qvorum ſalutem neqvicqvvam usqve adeò ſe ingurgitant nauci homines, cum propriæ ſanitatis & rationis diſpendio, ut nec pes, nec caput, nec lingva amplius ſuum officium faciant. Hinc arbitramurD. Mirum, Conc. V. in c. 53. Eſ morem hunc bibendi in Sanitatem aliorum, à Joſepho principe Ægypti, iniqvè derivaſſe, his verbis: Alſo ſagt Moſes / daß Joſeph geweiſſaget über den Becher / das iſt / ſein Gebet geſprochen.

chen / und fürl die Geſundheit des Königs gebeten. Daher kommen die Herren-Geſundheiten / daß man noch auff groſſer Herren Geſundheiten trincket / und für die Obrigkeit betet. Qvin potius Patres V. Teſt. gryphis & ænigmatibus convivia & nuptias condiebant, ſecuti Samſonem Judic. 14. Qui proponebat Hoſpitibus hoc ænigma, ſeptem diebus enucleandum: *De comedente exivit cibus, de forti egreſſa eſt dulcedo.* Et in ſanctiſſimis Cœnis obſervabant ποτήριον ὑμνήσεως, quo per contubernium, circulatim ac ſobriè canebantur Pſalmi Davidici, Halleluja dicti.

§. XIV. Neque optimi Chriſtiani, priſcis, temporibus, *Agapas* ſuas & Commeſſationes, his ad Ebrietatem concitandam compotationibus inquinabant. Fercula appoſita Scripturæ lectione miſcebant, quò animi ædificarentur ad bonum, mandante c. 7. Concilii Toletani tertii, cui aſſentitur Laodicenſis Synodus, c. 53. his verbis: *Non oportet Chriſtianos ad nuptias euntes, vel balare, vel ſaltare, ſed caſtè cœnare vel prandere, ſicut competit Chriſtianis.* Tob. 9, 12. cum timore Domini convivia exercebat. Tertull. in apologet. de conviviis Chriſtianorum ſuorum temporum, ita loquitur. *Non prius diſcumbitur, quàm oratio ad DEUM prægustetur, editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum Pudicis eſt utile: Ita ſaturantur, ut qui ſciant Dominum audire. Poſt aquam manualem & Lumina, ut quisque de Scripturis ſacris, vel quisque de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium DEO canere; hinc probatur quo modo biberit, æquè Oratio convivium dirimit. Indè diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciviarum.*

§. XV. Aſt quantum mutari hodierni Chriſtiani ab heſternis, qui greſſu Cancrino, ac ordine planè retrogrado,

grado, (uti monet Ambroſius de Elia & jejunio c. 13. & 14.) *Initio conviviorum utuntur cyathis puſillis; ſatur i majoribus.* Ad ebrietatem promovendam, diverſæ formæ cyathos adhibent, da nöthiget man die Gäſte zu trincken aus wunderſeltzamen Trinck-Geſchirren/ aus Schiffen/ Windmühlen/ welche glingen wann es aus iſt/ Affen/ Paffen/ München/ Bähren/ Krumhörnern/ Knebelſpieſſen/ welchen zu Gefallen/ manchmal viel zum Trunck genöthigt werden. D. Diederich. Homil. 5. c. 2. Sap. Et his ritè compoſitis, demum temulenti hoſpites, quaſi re benè geſtâ, dimittuntur, ac ubi ad vomitum redierunt, adhuc malè ſano ἀρχιτρικλίνῳ prolixas agunt gratias. In quos bellè quadrat εὐχαριστία Cranvellani Chiliarchi, Caroli V. *ſi æquum eſt agere gratias iis, qui cum Homines receperunt convivio, Beſtias dimittunt, ego quoque vobis gratias ago.* ô tempora, ô mores!

§. XVI. Imò, in tantum ſe undiquaque diffudit illud Diluvium, ut Epiſcoporum habitacula, Regum & Principum aulæ, ac quarumcunque Domorum menſæ bibendo nimium diffluant. Impetum hunc bibendi ne quidem ſiſtere potuerunt, tot Imperii Romani Comitia, quæ omnem propinandi modum prohibuerunt, & Parochis in mandatis dederunt, ut de eâ re Populum in Concionibus ſedulò doceant. Mandatum Cæſaris, in Auguſtanis Comitiis Anno 1548. In der Reformation guter Policey §. 81. vom Zutrincken/ verbotenus ſic ſe habet: Weil das Zutrincken eine endliche Urſach iſt alles Übels/ demnach gebieten wir allen und ieden Churfürſten/ Geiſtlichen und Weltlichen/ und andern Ständen/ daß ſie ihren Unterthanen zum Exempel/ das Zutrincken gäntzlich vor ſich ſelbſt meiden/ auch an ihren Höffen/ allem Hoffgeſinde/ und in ihren Fürſtenthümen und Landen/ allen ihren Un-

ter

terthanen bey ernſtlichen Poen und Straff/das Zutrincken/ es geſchehe in welcherley Weiß / Wort oder Geſtalt das erdacht iſt / oder werden möchte / zu meiden gebieten / und darüber ernſtlich halten. Wir wollen auch daß die Obrigkeit ihren Pfarrherren und Predigern befehlen ſollen/ alle Sontag dem Volck zu verkündigen / daß ſie ſich des Trinckens enthalten / mit Erzehlung der Laſter ſo aus der Trunckenheit folgen. Quæ ſalutaris Conſtitutio imperii, repetita eſt in Receſſibus Imp. Anno 1551 1559. & ſequentibus. Verùm cum ipſi Legislatores, legem hanc ſalutarem vix ſervaverint, nec executioni unquam demandarint, Germani noſtri antiqvum obtinent, recidivam patiuntur, & in hunc usque diem inter convivandum poculis mirum in modum certant, *Fraternitatemq́; bibulam ineunt.* Et quia venter caret auribus, Imperialia tot ſtatuta, ac verbi divini Præcones, ſurdam omnibus narrant fabulam. In *Comitiis* extremis huius mundi, coràm judice JESU, Filio DEI, non valebit excuſatio; ebrius fui, ſi quid delictum, non mihi, ſed vino imputandum. Quod idem eſt, ac ſi optes ne ſit ferrum propter homicidium, nox propter fures, fæmina ptopter adulterium. Creaturis nequaquam abutendum. Dann zu gleicher Weiſe / wie jener Richter/ vor dem auch Einer mit dieſer Ausrede aufgezogen kommen / und geſagt / was unrecht vorgangen / das hat der Wein gethan; darauff der Richter geurtheilet und geantwortet / da eben recht / weil es der Wein gethan / ſo wil ich die Flaſche / darin er geweſen / auffhencken laſſen: Alſo wird der allgemeine Richter / die Flaſche für den Wein / und alſo den Menſchen um der Trunckenheit willen abſtraffen. D. Danh. in der Catech. Milch/ parte 2. pag 450.

§. XVII. Antequam autem nos hic dicendi finem faciamus, libet piè & rectè ſentientium Judiciò adhuc exponere, *Q. Annon, quotiesconque ſolus Sacerdus communicat, in ſolitarius Miſſis, per iſtam ſuam privatam ſumtionem*

fru

fruſtra ebibat Calicem in aſpectantium, vel abſentium ſalutem? (Cum Sacramentum, nihilo magis ſit Sacerdotis, quam cujusvis omninò Chriſtiani plebeii. Chryſoſt. in 2. Cor. Homil. 18. Nihil differt Sacerdos àn ſubdito, quando fruendum eſt horrendis myſteriis,) *Uti in Sanitatem alterius bibentes convivæ facere ſolent.* De quibus privatis Miſſis, Canon. 8. Seſſionis 22. in Concilio Tridentino, ſic ſonat. *Siquidixerit, Miſſas, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideoq; abrogandas, anathema ſit.* Fac eſſe quosdam in Eccleſiâ Pontificia, qui Sacramentum pro aliis accipi negent; Præcipui tamen Doctores eorum, dilucidè idem aſſeverant, qvos inter emineo Gabr. Biel. lect. 81. his verbis. *Sicutos materialis corporis, non ſibi tantum edit, ſed alimentum etiam percipit ad cæterorum membrorum ſuſtentationem, qvod in totum corpus transfunditur: ſic etiam Sacerdos ſumit Sacramentum, ejusq; vis in ſingula Eccleſiæ membra diffunditur, maximè in eos, qui in Miſſa præſentes adſunt.* Is ipſus lect. 26. iterum ſcribit quosdam ſublevandæ Sacereotis memoriæ causâ, cum docuiſſe, ut Miſſam per omnes declinationum Caſus diduceret atque applicaret, hoc ſc. modo: *Nominativo, Miſſa, pro Seipſo: Genitivo, Miſſa, pro Patre & Matre: uſativo, Miſſa, pro fundatoribus & benefactoribus ſuis: Ac-Dativo, Miſſa pro inimicis & accuſatoribus ſuis: Vocativo, Miſſa, pro Peccatoribus & infidelibus: Ablativo, Miſſa, pro obtrectatoribus & maledicis ſuis.* Similiter Vincentius de. Valentia, in ſerm. 2. de Epiphian. *Tota Chriſtianitas, Unum eſt fide & charitate conglutinatum, & ex multis membris conſtans: Sacerdos autem os eſt corporis. Quare quando Sacerdos Sacramentum accipit, cuncta membra reficiuntur.* Item, *nos communicamus ore Sacerdotis, audiendo Miſſam;* Perindè monet D. Eckius, de utraqve ſpecie: *Populos bibit ſpiritualiter, per os Sacerdotis.* Hæc diſerta verba probant, ſolos Sacerdotes eorum, in ſalutem aliorum *myſteria* Sacramentalia exhaurire.

§. XVIII. Sed facilè refutantur hi omnes, ex primâ Inſtitutione ſacræ Cœnæ, In quâ nullum extrat veſtigium, unum pro aliis communicaſſe, ſed omnes ac ſingulos pro ſe accipiſſe, ediſſe & bibiſſe in Chriſti ἀνάμνησιν. *Sacramenta non proſunt aliis, niſi ſumentibus*, referr Bellarm. de Miſſa l. 2. c. 1. Uti non poteſt alter pro altero baptizari, ſed quisque pro ſe ipſo in remiſſionem peccatorum baptizatur, ſic quilibet pro ſe Euchariſtiam in remiſſionem peccatorum accipiat, niſi *Baptiſmum pro Mortuis*, reſtaurare cum Marcionitis, juxta Chryſoſt. Hom. 40. in 1. Cor. volet. Uti olim quidam merâ ſuperſtitione inducti, mortuis Sacramentum in ora inſerebant; Sic nonnulli conſimili ſuperſtitione commoti, mortuos baptizarunt, quemadmodum ex interdicto Concilii Cathaginenſis III. rectius II. c. 6, clarè liquet. Exiſtimabant enim, ipſam Baptiſmi externam actionem, ex eo tantum modo quod hadhiberetur, ſine ullo mentis inſtinctu, ad peccatorum conciliandam remiſſionem, ſatis virium habere. Dein, ſi Judicium edunt non aliis ſed ſibi ipſis, qui indignè panem manducant, quare nec aliis, ſed ſibi ipſis in remiſſionem peccatorum, qui dignè edunt? At prius eſt verum 1. Cor. 11. v. 29. E. & poſterius: Etiam praxis Eccleſiæ Vet. reclamat his Solitariis Miſſis, quæ nunqnam S. Cœnam celebravit ſine Communione alicujus præter Sacerdotem, quod Bell. l. 2. de Miſſa c. 9. aperté fatetur. Ipſe Canon Miſſæ, pluralem numerum Communicantium clarè indigitat. Concilium Nannetenſe cap. 30. quod citatur ab Ivone in Decret. part. 3. cap. 70. pronuntiat, conſvetudinem hanc eſſe ridiculoſam, & à monaſteriis Monachorum exterminandam. Papienſe quoque prohibet, *ne ullus Presbytur ſolus præſumat Miſſam celebrare*. Demum illud omnino tenendum eſt, non eſſe penes Sacerdotem, peccatorum remiſſionem, in ſangvine J. C. aſſignare abſentibus ſeu præſentibus, quibus ipſe ſaltem velit. Certiſſimum meritorum mortisque Chriſti fructum, applicat Paulus verè Credentibus: *DEus enim poſuit Chriſtum, ut eſſet reconciliator noſter per Fidem, in Mediatore ſangvinis ſui*. Idem Origenes in Lev. Hom. 3. *Chriſtus factus eſt hoſtia & propitiatio pro peccatis, quæ propitiatio ad unumquemque venit per viam Fidei*. Ubi nihil ſolidè acceptum refertur Diſpenſatori myſteriorum Dei, ex opere operato.

§. XIX. Qvare adhuc gravius errant Romano Catholici & in eundem lapidem impingunt, qvoties *Mortuis prodeſſe adhuc Miſſas putant*; ac in Canone Miſſæ contendunt, precationem fieri

debere

debere exhauſto Calice benedicto, ut DEUS meminerit eorum qvi dormiunt in ſomno pacis, ipſisq; & omnibus in Chriſto qviſcentibus, locum refrigerii, Lucis & pacis indulgeat. Varia ſacrificia pro omnibus neceſſitatib, ? DEUS inſtituit in V. T. ſed pro mortuis nullum. Imò qvoniam Euchariſtia, eſt medium ſalutis obtinendæ in hac vitâ, fruſtra jam vita functis aliqvid lucrari poterit. Poſt hanc vitam, non niſi Meſſis & Judicii tempus reſtat. *Hic vita aut amittitur, aut tenetur*, Cyprianus lib. 1. contra Demet. Valeant Pontificii cum ſuo *Purgatorio*, non enim inter ſinum Abrahæ & infernum, medium locum agnoſcit DEI Canonicum Verbum. *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre*, monet ſcitè Auguſtinus, *quia fruuntur quiete*. Homil. 49. in Joh. Quod ſibi quoque dictum putent Doctores, qui bibitiones ſacerdotis in Miſſis, mortuis in ſalutem vergere, ſuis nequicquam perſvadre audent.

§. XX. Expergiſcimini E. tandem, nimium bibaces in ſanitatem aliorum, & dum tempus eſt flete & ululate, ſi fletum & ululatum æternum optatis evadere. Alii peccatores, ſi mors ingruat, pœnitere poſſunt, non ita ebrii, mementote Balthaſaris Dan. 5, 25, & Holofernis. Si viri Chriſtiani eſtis, cur non ut Chriſtiani, ſed ut Athæi, ut Sardanapali, ut Epicuræi vitam traducitis? Qvisqvid avium volitat, qvicqvid piſcium natat, qvicqvid ferarum diſcurrit, totum Ventribus ſepelitur. Sic omnia elementa ambitioſa Fames pervadit, præter Elementum ignis, qvod ei in futuro reſervatur. Seneca. Taurus pes pauciſſimorum jugerum ſpatia ſe implet, una ſylva pl. Elephantibus ſufficit: homo verò terrâ paſcitur & mari. Et hæc iliis, qvi ad ebrietatem alios doloſè propinando inducunt, dicta ſunto. Qvosqve Epiſcoporum Excellentiſſimus S. Ambroſius *T. 1. de jej. c. 14.* hac perſtringit oratione? *Rogas ad Jucunditatem, cogis ad mortem. Invitas ad prandium, efferre vis ad ſepulchrum. Cibos promittis, tormenta irrogas. Vina prætendis, venena ſuffundis. Nam omne qvod, nocet, venenum eſt. Etiam major vis vini, qvam veneni eſt. Venenum vino excluditur, non veneno vinum. Veneno caro vulneratur, vino mens. DEUS meritò per Moſen, non ſolum veneno, ſed draconum vinum comparat.* Hæc ille: Sed

Qvi Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt, Hunc noſtrum ἔλεγχεν, ad devidendum propinabunt Mundo inmaligno poſito,

to, Qvos cum mox perituri Mundi cenſurâ, nil moramur. Et DEO Duce, qvod hîc λόγῳ, iſtud ἔργῳ oſtendemus, ne ſiamus

κυνοκατάκειλοι.

ΚΥΡΙΕ ἘΛΕΗΣΟΝ!

SO viel Köpffe ſo viel Sinnen
Träumt mir/ daß der Jene ſagt/
Deme dieſes mein Beginnen
Unter Augen wird gebracht/
Dörfft deßwegen gar wol lachen/
Und darauß nur Boſſen machen/
Mancher/ wie ich wetten wolt/
Sich darüber kitzlen ſolt.
Dieſer ſpricht/ ſind daß nicht Fratzen/
Daß man einem ſolches auch
Dencket auß dem Sinn zu ſchawtzen/
Was der alten Teutſchen Brauch?
Heiſt das ihre Freyheit ſchützen?
Wann man nicht beym Trunck mag ſitzen
Und Geſundheit trincken mehr/
Gleich als ob es Sünde wär.
Jener wil nur zu erreichen
Seines Nechſten Gunſt und Treu/
Sin Gemüth im Trunck bezeugen:
Lieben ſpricht er hat kein Scheu/
Wann ich durch ein Wunſch kan geben
Meinem Nechſten langes Leben/
Mag es bey dem Trunck wol ſeyn/
Leg ich Jhn bey GOTT nur ein.
Bald thut man ſich drauff beziehen

W

Wie da unter groſſen Leut/
Ein dem andern auff den Knien
Den Geſundheits-Trunck anbeut:
Was nun dieſe ſelbſten preiſen/
Wer wolt das nicht gute heiſſen?
Wer wolt ſeinem Sinn allein
Trauen und nicht luſtig ſeyn?
Dann ſo muß den Schein es haben/
Daß es darumb ſey gethan/
Seinen Freund ins Hertz zu graben/
Deſſen Ehre geh' es an:
Wie man Jhme ſey gewogen/
Darmit kömpt man auffgezogen/
Endlich iſts dahin geziehlt/
Wie man ſich den Halß nur ſpühlt.
Und dieß ſind die faulen Stützen
Worauff ſich ihr Hertz gegrändt?
Wann ſie meinen feſt zu ſitzen/
Greifft ſie an ein kleiner wind/
Reiſt ſie ümb; daß ſie bekennen
Daß es Thorheit ſey zu nennen;
So gehts/ wann der Warheit Schein
Einem böhmiſche Dörffer ſeyn
Gienge es nach eurem ſagen/
Daß/ was alt/ man lieben ſol/
Möcht der Tugend man nachjagen
Laſter finden ſich doch wol:
Alte Tugend ſolt man hegen/

Alte Laſter von ſich legen/
Gutes nur mag nicht beſtehn/
Sünde muß im Schangegehn.
Was ſolt mir die Gunſt des Nechſten/
Wan ich mich im Trunck gleich badt;
Und zur Rache zög den Höchſten/
Gar mit meiner Seelen Schad;
Lieber wolt ich dieß erſinnen/
Mir durch Gunſt ihn zu gewinnen/
Wie ich Ihm das höchſte Gut
Wünſchen mögt bey nüchterm Muht.
Eh ich andern Glauben geben/
Und mit Wölffen heulen ſolt/
Auch in gleichen Aengſten ſchweben;
Eh ich mein Gewiſſen wolt
Häuffen mir mit frembden Sünden/
Eh wolt ich mich ſelbſt verbinden:
Rechnung vor ſich nach dem Grab
Legt ein jeder ſelbſten ab.
Find ſich hoher Stand auff Erden/
Lieber GOtt! was iſt es mehr/
Such ich hochgeehrt zu werden/
So verletz ich GOttes Ehr;
Die wird GOtt mit Ehren kröhnen/
Die ſich nach der Demuth ſehnen/
Wer in GOttes Aug iſt rein/
Muß hoch angeſehen ſeyn.
Gleichwol vber alles ſagen

Ik

Iſt den meiſten ein Gedicht/
Viele halt ich/ ſoltens wagen
(Wie dann offters es geſchcht)
Daß / was löblich / ſie verneinen /
Warheit muß Jhn Lügen ſcheinen /
Mancher ſeinen Jrrthumb wol
Auff den Todt verfechten ſol.
Daß man nun alſo verfähret /
Iſt der alten welt ihr Lauff;
Wer iſt je der es gewehret /
Dir du unverſchämbter Hauff?
Eh ich viel mit dir wolt ſtreiten /
Wolt Ich deine Zunfft / eh meiden
Du ſteckſt in der Suppen nun /
Ich weiß wol was mir zu thun.
Schmähen iſt dir angeboren /
Böſe Art von Art läſt nicht;
Solch Geſchwätz ſchätz ich verlohren!
Das von Falſchheit auffgericht /
Dieß ergetzet mich mit Freuden /
Daß ich manchen hab zur Seiten
Der durch ſeinen klugen Sinn
Ander Urtheil bringet in.
Und ob dem gleich nicht ſo wäre /
Wie ihM doch in Warheit iſt?
So gereicht uns das zur Ehre /
Daß auch Frembde unſern Zwiſt /
Den wir mit den Teutſchen führen /

Haben

Haben wollen ſelbſt bezieren/
So daß nach dem Wort-Gefecht
Sie uns muſten geben recht.
Unterdeſſen wil ich halten/
Alldieweil ich Odem hab
Ob dem; biß ich werd veralten/
Biß mich nimpt das finſtre Grab.
Was vor ſtinckent faule ſchminckn/
Sey ümb das/ Geſunheit trincken
Wil ich machen ſtets bekant/
Alldieweil ich werd genant

Georgius Philippus Zum Dam/ Diſp. R.